

# 151 Disp. IV. Part. IV. an Deo cōcur:cū caus: sec: 152

*Sexta.*

*Sexta.* Omnis creatura debet dependere à Deo: sed nisi Deus concurret cum causa secundis, non omnis creatura dependet à Deo; ille enim effectus non dependet à Deo, quia non fieret ab ipso.

*Septima.*

*Septima.* Nisi concurret immediate Deus cum quibuslibet causa secundis, non perfecte saluaretur Dei dominium in creaturas, nec subordinatio causalum secundarum à prima.

*Ottava.*

*Ottava.* Ut se habet esse ad esse, ita agere ad agere: sed creatura non esset, nisi immediate Deus ei adesse, ergo similiiter creatura nihil ageret, nisi immediate Deus coageret.

*Nona.*

*Nona.* Effectus Vniuersalissimus non potest prouenire, nisi à causa Vniuersalissima; sed esse in quolibet particulari effectu est effectus Vniuersalissimus, ergo prouenit à Deo; cùm verò tale esse sit effectus particularis, ideo tale esse proueniet à causa secunda, quæ est causa particularis. Explicatur v.g. calor productus ab igne, & habet esse & habet tale esse, scilicet esse calor: istud posterius habet à causa secunda, & illud prius à prima; quia esse, cùm sit quid Vniuersalissimum, ut pote conuenientis omnibus rebus, non potest effici, nisi ab Vniuersali causa, qualis Deus est. Confirmatur ex Aristotele s. Phys. dicente effectum particularē debere reduci ad causam particularē, effectum autem Vniuersalem ad causam Vniuersalem.

*Dicima.*

*Dicima.* Minus est conferari, quam produci; sed effectus creaturarum non possunt permanere, nisi conferuentur à Deo, ergo nec produci poterint, nisi dependentes à Deo, quod si producerentur à sola creatura, possent conferari à sola creatura, quod est falsum, & contra expresa sacra scriptura loca.

*Vndecima.*

*Vndecima.* Vna ex principalioribus rationibus aduersariorum, cur Deus non concurrat immediate, est, quia concurret ad actum malitia peccati substratum: sed hoc non impide Probatur: Non magis repugnat, quod ad illum concurrat, quam quod illum conseruet, ut pote quando voluntas elicuit actum odij erga proximum, illumque continuat per horam, tunc illum conseruat Deus per illam horam.

*Duodecima.*

*Duodecima.* Nisi Deus esset immediata causa efficiens effectum causalum secundarum, non posset dici verus factor omnium contra articulum fidei, quo fatemur Deum esse factorem visibilium, & invisibilium: nec dicas dici factorem, ex eo quod dederit primò esse rebus, casu; conseruet, nam licet terra producat & conseruet quaedam herbas, non tamen dicitur terra causa effectus illarum herbarum. Confirmatur omnino bonum est à Deo: sed entitas cuiuslibet effectus est aliquid bonum, ergo est à Deo.

*Dicima*

*tertia.*

*Dicima tertia.* Quidquid non habet esse à se, non habet operari à se, sed nulla creatura habet esse à se, ergo nulla creatura ex se potest operari, ergo cum illa debet immediate currere Deus.

*Dicima*

*quarta.*

*Dicima quarta.* Effectus aliquis hoc ipso producitur à Deo immediate, quod cum ipse sit alioquin factibilis, & aliquando actu existat, Deus immediate cognoscet, & velut voluntate consequenti, ut talis effectus actu existat: sed hoc verificatur de omni effectu, qui fit, ergo omnis effectus fit immediate à Deo: Maior probatur ex

eo quod Deus non aliter agere possit, nisi intellectu, & voluntate.

*Decima quinta.*

*Decima quinta.* Petitur ex varijs autoritatibus lacra scripturæ, ob quas putat de Valentia hoc esse de fide, has autem authoritates adducit de Valentia disp. 3. De Deo ut Creatore quest. 1. punct. 1. Genes. 1. Vedit Deus cuncta qua fecerat, Eccles. 3. Cuncta fecit bona in tempore suo Psal. 145. qui fecit celum & terram, mare & omnia que in eis sunt. Isaia 26. omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Ioan. 1. omnia per ipsum facta sunt. Altum 4. tu Domine, qui fecisti celum & terram, mare, & omnia que in eis sunt. Rom. 11. quoniam & ex ipso, & in ipso, & per ipsum sunt omnia. Job 10. manus tua fecerunt me. Psal. 8. Videbo cælos tuos opera dignorum tuorum, in facili manuatu tuarum Mediabar. 144. aperis tu manu tuam, & imple omne animal benedictione. 146. qui producit in montibus foenum. Joannis 5. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Altum 17. In illo uiuimus, mouemur, & sumus.

*Decima sexta.*

*Decima sexta.* Illa dicitur causa immediate, quæ posita ponitur effectus, & quæ non potest non potest ponit effectus: sed Deus est huiusmodi respectu creatura, ergo est causa immediate respectu cuiuslibet creature productæ à causa secunda, maior, & minor patent.

*Confirmat.*

*Confirmat.* Magis dependet quilibet effectus à causa prima, & vniuersali, & illimitata, quam à causa vniuersali limitata: sed nisi causa vniuersali limitata immediatè causet, non producitur effectus; quantumcumque enim causa proxima particularis approximet alicui passo, nunquam tamen ista causa, quæ dicitur proxima, talem effectum producet, nisi sol sit in debita approximatione; nec enim arbores producunt in hyeme, chm sol non debite cum ipsis ad earum pomificationem influat.

*Decima septima.*

*Decima septima.* Sicut non possunt esse duo prima in essendo, quorum unum non reducatur ad aliud secundum esse causatum ab illo, ita non possunt esse duo prima in agendo, ita ut actio unius non sit ab alio effectiva; sed si causa secunda immediatè sola produceret suam actionem, essent duo prima in agendo in rerum natura, nempe causa secunda, & ipse Deus.

*Decima octava.*

*Decima octava.* Confirmatur: si Deus non sit causa effectiva effectus causæ secundæ, nisi quia creat & conseruat causam secundam, sequitur quod non aliter sit causa effectus existentis, quam non existens, quia ita creat & conseruat causam secundam, eius effectu non existens, sicut existens: sed effectus non existens nullo modo Deus est causa, ergo pariter nullo modo erit causa effectus existens, sicutque erunt duo prima principia in agendo in rerum natura.

*Decima nona.*

*Decima nona.* Si Deus non sit causa effectiva immediata effectuum causalum secundarum, sequitur quod Deus ab eterno non sciat certò futura contingentia, quia si sit in potestate solidi voluntatis ponere hunc effectum in rerum natura, nullā habebit potestatem super eum, & per consequens non sciet ab eterno illū certò futurū.

*Decima*

*nona.*

*Decima nona.* Sublatu primo in quolibet genere, tolluntur & reliqua illius generis: sed Deus est primum mouens, & influens in causalitate, ergo nisi Deus coageret causa secunda, causa secunda